17

Gabriel dei gracia Epus Agrien Aplice Sedis cum plenitudine ptatis Legati de latere In Regnis Hungar
et Bohemie ac omibz terris et locis temporali dominio Serenissimi principis domini Mathie Illustris Regnorum Hungar
Bohemie etc Regis subiectis Legatus etc Venerabilibz in xpo nob dilectis Gregorio Ajonaj Archidiacono et canonico
ecclie Alben Transsilvane et Thome vicario Chasnadien eiusdem dioc Alben Transsilvan Salutem in domino sempiternam
Conquestus est nobis in xpo dilectus Ambrosius Sandorhazy castellanus de Gyalu et elena de Swk consors
eiusdem Qualiter quidam Ladislaus Dobokay et Michael de eadem pdicte dioc sibi racione rerum paffernalium
et Stephanus Erdely in quadam summa pecuniarum et aliis debitis fide sua mediante solvere promissis obligarentur
nihilominus ad sepissimas ipsorum requisiciones numquam solvere vel aliter satisfacere eis curaverunt prout nec curant
etiam de presenti in animarum suarum periculum et detrimentum ipsorum exponentium valdemagnum Unde nobis humiliter
supplicarunt quatinus sibi desuper de opportuno Juris remedio providere dignaremur Nos igitur attenden questiones
huiusmodi fore iustas et consonas racioni volentesque eis ut tenemur iusticiam ministrare de pmissis certam noticiam
non haben Discretioni vre auctoritate Legationis nre tenore presentium committimus quatinus vocatis dictis partibus
et aliis qui fuerint evocandi auditisque hincinde propositis responsionibz et allegationibz causam huiusmodi
cum omnibz incidentiis emergen dependen et connexis audiatis et fine debito terminetis ac alias inter
dictas partes quod canonicum fuerit decernatis facien quod decreveritis per censuram ecclesiasticam et
alia Juris remedia appellatione postposita firmiter observari Testes vero qui nominati fuerint si se
odio gratia vel timore subtraxerint simili censura cogatis testimonium perhibere veritati Quod si
non ambo his exequendis commode interesse poteritis ea nihilominus alter vestrum exequatur Datum
Bude Vesprimien dioc in domo residentie nre sub nri Sigilli maioris impressione Anno domini
Millesimo quadringentesimo Septuagesimo septimo die vero vicesima Mensis Januarii pontificatus
1477. 20 Jan autem Sanctissimi in xpo patris et domini nri domini Sixti divina providentia pape quarti Anno sexto

A. de cialfis

13

13

Registrum … Johannis cle
… … rapo … …
… …



iscopi
Mathie
broni
orris
im
d et
od gut
matum.

ombozii

Mandatum Gabrielis, Ep.
Agriensis legatique Regis
… ad expositionem Arn
Berholtb et ejusdem Cons
contra Ladisl. … C
1477.
Anno ratione adjudicand
per eos … certos debit
exequendo …
teneri comperti fuerint em